

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Cothmann

**Programma In funere ... Agnetae Gulen, Spectatissimi quondam ac prudentissimi
Balthasaris Gulen, civis ac patricii p. m. huius Reipubl. dignissimi filiolae
posthumae Propositum**

Rostochii: Pedanus, 1627

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777527278>

Druck Freier  Zugang



Cothman, J.,

in A. Gul.

R. 1627.

54.

PROGRAMMA
in funere
Scitissimæ & Elegantiſſimæ
**AGNETÆ
GULEN,**

Spectatissimi quondam ac pru-
dentissimi BALTHASARIS GU-
LEN, civis ac patricij p. m. hujus Reipubl.
dignissimi filiolæ posthumæ

Propositum.



ROSTOCHII

Excusum in JOACHIMI PEDANI Typographia.

Anno M. DC. XXVII.



RECTOR
Academiæ Rostochiensis
JOHANNES COTHMAN
S. S. Theologiæ Licentiatus
& Professor.

Nter alias hominibus
præ brutis irrationali-
bus à clementissimo
Deo concessas præro-
gativas, haut postrema
est illa, quod soli homi-
ni rationalis anima, peculiaribus privi-
legiis, ac singularibus functionibus à
sapientissimo rerum omnium opifice
ornata, concessa est, cuius beneficio,
non tantum actiones ipsis brutis com-
unes, sed & peculiares, brutis non
competentes, exerit. Quibus non im-
merito amor erga defunctos, accada-
vera sepeliendi modus annumerantur.

Quam-

Quamvis enim umbratilis & obscurus,
quæpiam imago, amoris ejusmodi in
ipsis etiam brutis animantibus reperi-
fit; experientia tamen rerum omnium
communis magistra, testis est, affectum
illum brutorum rapidum esse, incon-
stantem facileq; transeuntem. Verum
nō is debet esse animus illis, qui à Chri-
sto servatore nostro meritissimo no-
men ducunt; hi enim deflent vita fun-
ctos quoniam defecit illos lux hujus
vitæ, deq; mortuo lacrymas educunt,
& tanquam res graves passisint lamen-
tantur, nec despiciunt sepulturam ejus,
fletu acerbo utuntur & calente plan-
etu. Et quemadmodum suos, quoad vi-
verent, calidissimo prosecuti sunt affe-
ctu, ita in ipsâ etiam morte propensio
illa rata, ac firma permanet. Non enim
contemnenda, inquit B. Augustin. &
abjicienda sunt corpora defunctorum,

A 2

2011

maxime justorum & fidelium, quibus
tanquam organis & vasis ad omnia bo-
na opera sanctus usus est spiritus. Ad-
miramur s̄pē ac suspicimur palatia Re-
gum ac principum mundanorum, ec-
cūr, non honoremus, admiremur ac su-
spiciamus Domini Dominantium ac
Regis Regum palatium coram mundo
licet abjectum, vile & contemptum, ast
in Dei oculis magnum & splendidum.
Dei enim viæ non sunt sicut nostræ, nec
spectare solet Jehova ut homo, qui spe-
ctat quod est ob oculos. At Jehova,
quod est in animo. Quandoverò mor-
tuos amandos eorumq; memoriam nō
statim cum morte deponendam esse af-
severamus, eo ipso tamen partibus in
excessu peccatis non ad stipulamur;
amorem namq; & honorem intellectū
volumus secundæ non primæ tabulæ
proprium. Neq; memoriam intelligi-
mus.

mus ejusmodi qua mortuos suffragiis
liberādos esse statuamus, relinquimus
talia suis auctoribus. Verum recordati-
onem intellectam cupimus Christianā
ex charitate profectam, qua vita functis
extremū sepulturæ honorem imperti-
mus, neq; exequiales cōciones, lessus ac
programata illis invidemus. Quod cum
piè secū expendunt piè defunctulæ no-
stræ AGNETÆ GULEN piiissimæ parentes
statuunt equidem mœrorē ex funere
conceptum Christianè moderandum
esse. optimè namq; norunt, illud Cyril-
li veritati consonū esse, quando inquit:
hujusmodi luctus debet esse modera-
tus & rectæ rationis lege temperatus,
nec vehementior æquo, ne in nobis ar-
gumentū esse videatur infelicitatis aut
incredulitatis de animæ immortalitate,
aut futurā carnis resurrectione. Cum n.
gravi cōtabescimus luctu ob ademtum

A 3 nobis

nobis morte amicum & solis indulge-
mus lacrymis, indicare videmur animā
ejus simul interiisse cum corpore, nec
post dissolutionē carnis manere super-
stitem, ac ipsam nunquam conjungen-
dam iterum corpori in consummatio-
ne seculi. Cum autem defunctulæ no-
stræ tempus obitus consideramus ve-
rissimum esse illud antiquorum depre-
hendimus: si quem Deus amat, ille ju-
venis moritur. Quid enim hæc vita est,
nisi dolor & lacrymæ? qui ergo diffi-
cultates has, vitæ brevitate antevertūt,
annon illi ter & amplius beati censendi
sunt? ut verò de more beatulæ nostræ
genealogiā attingamus, nata est AGNE-
TA GULEN anno 1626. 19. die Junij post
parentis obitum ac 13. Octob. anni 1627.
intra 4. & 5. vespertinam denata. Vari-
olæ enim passim hic grassantes, etiam
tenello huic corpori infestæ, filum vite
dul-

dulcissimæ abruperunt. Pater ipsi fuit
BALTHASAR GULE patritius dum
vivebat Rostoch. spectatissimus; Mater
vero ANNA PAPKEN fœmina lectissima
quæ nō ita pridem felici auspicio ad se-
cunda transiens vota, viro spectatissimo
juxta ac literatissimo Dn. FRIDERICO
QUILITZEN nupsit. Avum paternum
habuit BALTHASAREM GAULEN
patricium hujus Reipublicæ spectatissi-
mum; Aviam vero paternam ANNAM
Groten/ patricij itidem Rostochiensis
filiam ac Matronam honestissimam.
Avus Maternus fuit HERMANUS
PAPEKE senator quondam hujus Rei-
publ. meritissimus. Avia Materna vero
AGNETA SASSEN matrona virtutib.
sexum fœmineū condecorantibus con-
spicua. His majoribus ac parentib. lau-
datis nata piè defunctula nostra longi-
ori vita, si humano more loqui velimus,

digna

digna fuisset, verum non ita placuit illi, à
quo primum vitam accepit. Erepta ergo
est, præsertim hisce miserrimis temporib,
ne malitia mutaret intellectum ipsius, ac
dolus deciperet animum ejus.

Decreverunt a. mœstissimi parentes ho-
die more Christiano filiolæ suæ facere exe-
quias, propterea omnium ordinum cives
Academicos, enixè rogant, ne aëtum illum
processionis funeris honorifica præsentia
ornatiorem reddere graventur. Quod &
ego meo loco à yobis civibus Academicis
fieri, qua possum humanitate etiam atque
etiam peto. Exigit id officij Christiana cha-
ritas, cuius fundamentum est: Quod tibi
vis fieri, vicino feceris æque. Et familiae
splendidissimæ dignitas, adeste ergo hodie
cives Academicci in puncto primæ in tem-
plo Marianò ac exequias ite frequentes, si-
mul vero ita vivere discite, ut nunquam
mors vos imparatos inveniat. P. P. Rosto-
chienſi 16. Octobr. Anno 1627.

zumilbvi pol






[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777527278/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777527278/phys_0016)



dulcissimæ abruperunt.
BALTHASAR GULE
vivebat Rostoch. specta
verò ANNA PAPKEN fœ
quæ nō ita pridem felic
cunda transiens vota, vi
juxta ac literatissimo D
QUILITZEN nupsit. A
habuit BALTHASAR
patricium hujus Reipu
lsum; Aviam verò pa
Grotten/ patricij itiden
filiam ac Matronam
Avus Maternus fuit
PAPEKE senator quoniam
publ. meritissimus. Avi
AGNETA SASSEN m
sexum fœmineū conde
spicula. His majoribus a
datis nata piè defunctu
ori vita, si humano mor



the scale towards document

Patch Reference numbers on UTR63 Serial No. 012

Image Engineering Scan Reference Chart UTR63

psi fuit
is dum
Mater
tissima
ad se
tissimo
ERICO
ernum
ULEN
ectatis
ANNAM
hiensis
simam.
NNUS
us Rei
na verò
irtutib.
us con
tib. lau
a longi
elimus,
digna